

## Zondag Sexagesima

### Introitus

Exsúrge, quare obdórmis, Dómine? exsúrge, et ne repéllas in finem: quare fáciem tuam avértis, oblvísceris tribulatióne nostram? adhaesit in terra venter noster: exsúrge, Dómine, ádjuva nos, et líbera nos. Deus, áuribus nostris audívimus: patres nostri annuntiavérunt nobis. Glória Patri.

Rijs op, waarom sluimert Gij, Heer? Rijs op, en stoot ons niet weg voor immer. Waarom wendt Gij uw aanschijn af en vergeet Gij onze kwelling? Ons lichaam kleeft reeds vast aan de grond: rijs op, Heer, kom ons te hulp, en verlos ons. O God, met eigen oren hebben wij het gehoord: onze vaders hebben het ons verhaald (hoe Gij hun hulp verleend hebt) Eer... (Ps. 43, 23-26 en 2)

### Collecta

Deus, qui cónspicis, quia ex nulla nostra actióne confidimus: concéde propítius; ut contra advérsa ómnia, Doctóris géntium protectióne muniámur. Per Dóminum nostrum. Jesum Christum.

O God, die ziet dat wij op geen van onze werken vertrouwen stellen, verleen genadig, dat wij door de bescherming van de leraar der heidenen (Paulus) tegen alle onheil beveiligd worden. Door...

### Epistel

Fratres: Libénter suffértis insipiéntes: cum sitis ipsi sapiéntes. Sustinétis enim si quis vos in servitútem rédigit, si quis dévorat, si quis áccipit, si quis extóllitur, si quis in fáciem vos caedit. \*Secúndum ignobilitátem dico, quasi nos infirmi fuérimus in hac parte. In quo quis audet (in insipiéntia dico) áudeo et ego: Hebraei sunt, et ego: Israélitae sunt, et ego: Semen Abrahae sunt, et ego: Minístri Christi sunt (ut minus sápiens dico) plus ego: in labóribus plúrimis, in carcéribus abundántius, in plagis supra modum, in mórtibus fréquenter. A Judaeis quínquies quadragénas, una minus, accépi. Ter virgis caesus sum, semel lapidátus sum, ter naufrágium feci, nocte et die in profúndo maris fui: in itinéribus saepe, perículis flúminum, perículis latrónum, perículis ex géneris, perículis ex géntibus, perículis

Broeders: Gij zijt zo welwillend in het verdragen van onverstandige mensen, omdat gij zelf zo wijs zijt! Gij verdraagt het immers, als men u de wet stelt, - als men u uitbuit, als men u beetneemt - als men verwaand tegen u optreedt, als men u een slag in het gezicht geeft. Ik moet tot mijn schande bekennen: in dit opzicht zijn wij - om zo te zeggen - zwakkelingen geweest. Maar wat een ander aandurft - al is het onverstandig zo te spreken - dat durf ik ook. Zijn zij Hebreeën? - ik ook. Zijn zij Israëlieten? - ik ook. Zijn zij afstammelingen van Abraham? - ik ook. Zijn zij dienstknechten van Christus? - ik spreek als een dwaze - ik nog meer; door veelvuldig zwoegen, door veel gevangenschap, door geselslagen zonder tal, door herhaaldelijk doodsgevaar. Vijfmaal heb ik van de Joden de veertig min één gekregen; driemaal ben ik met roeden gegeseld; éénmaal ben ik gestenigd: driemaal heb ik schipbreuk geleden, en eens heb ik een dag en een nacht doorgemaakt op de

in civitáte, perículis in solitúdine, perículis in mari, perículis in falsis frátribus: in lábóre et aerúmna, in vigíliis multis, in fame et siti, in jejúniis multis, in frigore et nuditáte: praeter illa quae extrínsecus sunt, instántia mea quotidiaána, sollicitúdo ómniú Ecclesiárum. Quis infirmátur, et ego non infirmor? Quis scandalizátur, et ego non uror? Si gloriári opórtet: quae infirmitátis meae sunt, gloriábor. Deus et Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui est benedíctus in saecula, scít quod non méntior. Damásci praepósitus gentis Aréetae regis, custodiébat civitátem Damascenórum, ut me comprehénderet: et per fenéstram in sporta dimíssus sum per murum, et sic effúgi manus ejus. Si gloriári opórtet (non éxpedít quidam), véniam autem ad visiónes, et revelatiónes Dómini. Scio hómíne in Christo ante annos quatuórdecim, sive in córpore néscio, sive extra corpus néscio, Deus scit, raptum hujúsmodi usque ad tértium caelum. Et scio hujúsmodi hómíne, sive in cópore, sive extra corpus néscio, Deus scit: quóniam raptus est in paradísium: et audívit arcána verba, quae non licet hómíni loqui. Pro hujúsmodi gloriábor: pro me autem nihil gloriábor, nisi in infirmitátibus meis. Nam, et si volúero gloriári, non ero insípiens: veritátem enim dicam: parco autem ne quis me exístimet supra id quod videt in me, aut áliquid audit ex me. Et ne magnitúdo revelatiónum extóllat me, datus est mihi stímulus carnis meae, ángelus sátanae, qui me colaphizet. Propter quod ter Dóminum rogávi, ut discéderet a me: et dixit mihi: Súfficit

holle zee. Door vele voetreizen, door gevaren van rivieren, door gevaren van rovers, door gevaren van de kant van mijn eigen volk, door gevaren van de heidenen, door gevaren in de stad, door gevaren in de woestijn, door gevaren op zee, door gevaren onder valse broeders. Met werken en zwoegen, dikwijls zonder nachtrust, in honger en dorst, in veelvuldig vasten, in koude en naaktheid. En behalve al dat uitwendige, ook nog mijn dringend werk van iedere dag: de zorg voor alle kerken. Wie is er zwak, zonder dat ik het meevoel? Wie lijdt er ergernis, zonder dat ik vurig word? Als er genoemd moet worden, dan zal ik op mijn zwakheid roemen; God, die de Vader is van onze Heer Jezus Christus en gezegend is in eeuwigheid, weet dat ik niet lieg. Te Damascus liet de stalhouder van koning Aretas eens de stad van de Damascenen bewaken om mij in handen te krijgen en door een venster werd ik in een mand langs de muur neergelaten; en zó ontkwam ik aan zijn handen. Als er geroemd moet worden - al heeft het dan geen nut - dan zal ik overgaan tot visioenen en openbaringen des Heren. ik ken een christenmens, die veertien jaar geleden - met het lichaam: ik weet het niet; of zonder lichaam: ik weet het niet; God weet het; - opgevoerd werd naar de derde hemel. En ik weet, dat die mens - met of zonder lichaam: dat weet ik niet; God weet het; - opgevoerd is naar het paradijs; daar vernam hij toen geheime dingen, waarover een mens niet spreken mag. Op zó iemand zal ik roemen; wat echter mij zelf betreft, zal ik alleen maar roemen op mijn zwakheden. Doch ook al wilde ik roemen, het zou niet onzinnig van mij zijn: want ik zou waarheid spreken. Maar ik wil het niet doen, opdat niemand mij hoger zou achten, dan hij van mij ziet of hoort. En opdat de grote openbaringen mij niet ijdel zouden maken, werd mij en prikkel gegeven in het vlees, een engel van de satan, die mij moet kwellen. Daarom heb ik driemaal tot de Heer

tibi grátia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi.

gebeden, dat deze van mij zou weggaan. Maar Hij gaf mij ten antwoord: Mijn genade is voor u voldoende; want kracht komt juist bij zwakheid tot volle ontplooiing. Daarom wil ik gaarne roemen op mijn zwakheden, opdat de kracht van Christus in mij moge wonen. (2 Cor. 11, 19-33 en 12, 1-9.)

### Graduale

Sciant gentes, quoniam nomen tibi Deus: tu solus Altissimus super omnem terram. Deus meus, pone illos ut rotam, et sicut stipulam ante faciem venti.

Het worde aan de heidenen bekend, dat uw naam "God" is: dat Gij alleen de Allerhoogste zijt op de gehele aarde. Mijn God, maak hen als dwarrelend stof, als kaf voor de wind. (Ps. 82, 19 en 14)

### Tractus

Commovisti, Domine, terram, et conturbasti eam. Sana contritiones ejus quia mota est. Ut fugiant a facie arcus: ut liberenter electi tui.

Heer, Gij hebt het land geschud en doen beven. Herstel de breuken, want het valt uiteen. Laat uw uitverkorenen vluchten voor de boog (van de vijanden), opdat zij gered worden. (Ps. 59, 4 en 6)

### Evangelie

In illo tempore: Cum turba plurima convenirent, et de civitatibus properarent ad Jesum, dixit per similitudinem: Exiit, qui seminat, seminare semen suum, et dum seminat, aliud cecidit secus viam, et conculcatum est, et volucres caeli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram: et natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, et simul exortae spinae suffocaverunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: et ortum fecit fructum centuplum. Haec dicens, clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum discipuli ejus, quae esset haec parabola. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis: ut videntes non videant, et audientes non intelligant. Est autem

In die tijd kwam er een talrijke menigte bijeen, die vanuit de steden naar Jezus toestroomde. Dan sprak Hij in een gelijkenis: Een zaaier ging uit, om zijn zaad te zaaien. En bij het zaaien viel er een gedeelte op de weg; het werd vertrapt, en de vogels des hemels aten het op. En een ander gedeelte viel op rotsige bodem, het schoot wel op, maar verdorde er bij gebrek aan vochtigheid. Weer een ander gedeelte viel midden tussen de doornen; en de doornen schoten tegelijk mede op en verstikten het. Een ander gedeelte ten slotte viel op goede bodem; het schoot op en droeg honderdvoudige vrucht. Bij deze woorden riep Hij uit. Wie oren heeft om te horen, dat hij hore. Zij leerlingen nu vroegen Hem, wat deze gelijkenis betekende. En Hij gaf hun ten antwoord: U is het gegeven de geheimen van het rijk Gods volledig te kennen; de overigen echter slechts in gelijkenissen, opdat zij wel zien maar niet inzien, wel horen maar niet

haec parabola: Semen est verbum Dei. Qui autem secus viam, hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus, et tollit verbum de corde eorum, ne credentes salvi fiant. Nam qui supra petram: qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: et hi radices non habent: qui ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit: hi sunt, qui audierunt, et a sollicitudinibus, et divitiis, et voluptatibus vitae euntes, suffocantur, et non referunt fructum. Quod autem in bonam terram: hi sunt, qui in corde bono et optimo audientes verbum retinent, et fructum afferunt in patientia.

begrijpen. Dit nu is de zin van de gelijkenis: Het zaad is het woord Gods. Waar het op de weg valt, - dat zijn zij, die wel toeluisteren, maar dan komt de duivel, en neemt het woord weg uit hun hart, opdat zij niet geloven en zalig worden. Waar het evenwel op rotsige bodem valt, - dat zijn zij, die het woord aanhoren, en met vreugde opnemen; doch zij laten het geen wortel schieten; zij geloven een tijdlang, maar als de beproeving komt, vallen zij af. Wat echter tussen de doornen valt, - dat zijn zij, doch door de zorgen, de rijkdom en de genietingen des levens wordt het bij hen gaandeweg verstikt, zonder dat het vrucht oplevert. Maar wat op goede bodem valt, - dat zijn zij, die het woord met een goed en edel hart aanhoren, het bewaren, en vrucht voortbrengen door te volharden. (Luc. 8, 4-15)

### Offertorium

Prefice gressus meos in semitis, ut non moveantur vestigia mea: inclina aurem tuam, et exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas, qui salvos facis sperantes in te, Domine.

Ondersteun mijn gang op uw paden, opdat mijn schreden niet wankelen; neig uw oor tot mij, en verhoor mijn gebed; toon uw wonderbare erbarming, Gij, die redding schenkt aan die op U vertrouwen, o Heer. (Ps. 16, 5, 6-7)

### Secreta

Oblatum tibi, Domine, sacrificium vivificet nos semper, et muniat. Per Dominum nostrum.

Moge het offer, dat wij u opdragen, o Heer, ons steeds meer levenskracht en sterkte geven. Door...

### Communio

Introibo ad altare Dei, ad Deum qui laetificat juventutem meam.

Ik wil naderen tot Gods altaar, tot God, de blijdschap van mijn jeugd. (Ps. 42,4)

### Postcommunio

Supplices te rogamus, omnipotens Deus: ut quos tuis rebus sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deservire concedas. Per Dominum nostrum.

Ootmoedig smeken wij U, almachtige God: verleen ons, die Gij met uw heilig sacrament verkwikt, dat wij u door een welgevallige levenswandel waardig dienen. Door onze Heer...